

Christi est confirmatum, idcirco sempiternum est; juxta illud Isaia 54. *Fœdus pacis meae non movebitur: dixit miserator tuus Dominus.* Et cap. 55. *Feriam vobiscum pactū sempiternum, misericordias David* (id est Christi) *fideles.* Item Deut. 4.

*Quia Deus misericors Dominus Deus tuus est: nō dimittet te, nec omninō delebit, neq; obliviscetur pacti, in quo juravit patrib. tuis.* Et Psal. III. *Memor erit in seculū testamētī sui.* In quo eterno foedere te quoq;

contineri ut certo cōfideres, voluit illud tecum renovare & stabilire per baptismum, quem proinde B. Pet. 1. Ep. 3.

appellat *interrogationem sive fœdus bonae conscientiae in Deum; ipseq; a deo Christus* in Jordane tingi voluit, tecum hoc fœdus paciscens. QUARTUM fundamentum est mors Christi, per quā sanē Dei testamentū fuit confirmatum. Quod

si quis nunc ex me quærat pro quonā ille mortē oppetierit, respondet Paul<sup>9</sup> 1. Thes. 5. *Unus mortuus est pro omnib<sup>9</sup>.* Et B. Joh. 1. Ep. 2. *Ipsē est propitiatio pro peccatis totius mundi.* Similiter Joānes Baptista.

*Ecce Agnus Dei qui tollit peccata mundi.* Que verba B. Paulus Rom. 5. interpretatur scribēs: *Sicut per unius delictū in omnes homines venit cōdemnatio: sic*

*per unius obitum in omnes homines venit cōdemnatio: sic*

*per unius peccatum in omnes homines venit cōdemnatio: sic*

*per unius peccatum in omnes homines venit cōdemnatio: sic*

*per unius peccatum in omnes homines venit cōdemnatio: sic*

*Fœdus gratia est universale. Ideo in Baptismo remonatur.*

\*